



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

16 Clerici obligantes se in forma Camerae Apostolicae, renunciant
quibuscunque legibus, & legum auxiliis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Abb. in c. non minus, num. 15. de immun. Eccles.

16 Laici autem † publicè poenitentes solemnem poenitentiam peragere tenentur, coram Episcopo civitatis sacco induti, nudis pedibus, & alijs solemnitatibus servatis, de quibus in cap. poenitentes, & cap. in capite. 50. dist. clerici tamen solemnem poenitentiam peragere non permittuntur. cap. confirmandum. 50. dist. & gl. in cap. presbyter. 28. dist. sed, si sit depositus, vel pro publico crimine damnatus sacerdos, publicam poenitentiam peragere potest. dist. cap. presbyter. & ibi gl. & gl. in eod. c. confirmandum, & ratio prohibitionis fuit propter scandalum, quod subditis immineret, ut in 19 additione ad gl. in d. cap. confirmandum. in ver. poenitentibus, & arg. cap. de hu. ver. qui autem d. 50. dist.

17 Quod † attinet ad privilegium fori, eo gaudet etiam familia Episcopi, licet sit secularis. Abb. in cap. nullus. num. 6. ver. in familia de fo. comp. & in cap. fin. num. 5. de offic. arch. d. Oldrad. conf. 293. nu. 5. ver. potest & alia. Matth. de Afflict. super const. Neap. Rubr. 9. §. intentionis, num. 7. & est communis opinio, de qua testatur. Joann. de Monte Sperello inter conf. Calc. consil. 27. Boss. in tit. de for. comp. num. 172. Clar. in pract. crim. quest. 35. ver. quæro, nunquid familiaris, & Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 47. & 57.

18 † Sub cuius nomine venit etiam familia armata Episcoporum, de qua supra cap. 9. quia familiaris appellatione, omnes, qui in servitio sunt, continentur, etiam liberi homines, qui & bona fide serviunt, vel alieni, etiam, qui in potestate ejus sunt, l. adiles, §. familia, ff. de adil. e-

dist. & omnes, qui cum aliquo habitant, gloss. in cap. 1. 3. quest. 5. & in c. litteris, in verb. de familia, ver. familiares appellantur, de test. & attest. Quod autem Episcoporum familia gaudeat privilegio fori, tenet Dec. in tract. crim. tom. 10. lib. 4. c. 9. n. 47. etiam quod sint laici, ut post Masl. conf. 67. n. 60. Calc. conf. 71. Capic. decis. 12. nu. 2. Joann. de Monte Sperello inter conf. Calc. conf. 72. ubi de communi testatur Abb. in cap. 2. num. 6. de for. comp. Boss. ead. tit. de for. comp. num. 172. Clar. in quest. 35. & alios, quos citat & tenet idem Fatinae. in sua prax. crim. qu. 8. nu. 46. par. 1. tom. 1.

Sacerdotes autem † semper aded fuerunt privilegiati, ac in maxima veneratione habiti, ut etiam Gentiles eorum fallos deos colendo, profanos eorum sacerdotes in admiratione haberent, ipsisque reverentiam, & servitum præberent, uti hominibus sacris à celo missis, & in Græcia dignitas sacerdotalis æquabatur in omnibus regis dignitati, ut testatur Plutarchi quest. Rom. ult. Inter Francos etiam maximam auctoritatem, & potestatem sacerdotes Druidæ nuncupati obtinebant, ut scripserunt Elibanus lib. 14. cap. 34. Cæsar. in Com. Bell. Gall. lib. 6. & Petrus Ribaden. in suo tract. de Relig. lib. 5. cap. 35. in princ.

In Urbe Roma sacerdotes illi erant potestate suffulti judicandi, & decidendi causas, & controversias, quæ oriebantur inter ministros eorumdem inanium deorum, atque inter magistratus, & personas particulares, ut scribit Dionys. Halicarnass. & inter Germanos sacerdotes determinabant omnia ardua, omni oppositione, & contradictione cessante, Cornel. Tacit.